Anm.: Das Or., auf welches ohne Zweifel sowol die Abschrift als auch die beiden Drucke zurückzuführen sind (vergl. auch Möller Theatr. Freiberg. Chron. 1,164), ist im Rathsarchiv zu Freiberg nicht mehr aufzufinden.

Nos Heinricus[a]) dei gratia Misnensis et Orientalis marchio notum facimus universis et presentibus publice protestamur, quod, cum super venditione cerevisie ac[b]) aliorum, que sunt necessaria montibus, ubi dinoscitur[c]) esse lucrum, inter burgenses nostros de Vriberc[d]) ex una et cives nostros de Dipoldeswalde[e]) ex parte altera questio et actio et etiam dubium verteretur, tandem de consilio provido et maturo nec non de nostra voluntate pariter et consensu arbitrio et discussioni personarum infra[f]) scriptarum extitit hoc commissum nec non de partium voluntate, videlicet domino Johanni de Antiquo Monte, domino[g]) Nicolao de Honsbergk[h]), Ludovico de Bertholsdorff[i]), Richelmo[k]) de Frauenstein[l]), Hermanno de Honsbergk[h]), Wernero advocato et burgensibus, qui tunc vixerunt, ac quicquid ipsi de venditione hujusmodi judicarent, quod hoc absque omni ambiguitate ammodo[m]) servaretur. Qui taliter discusserunt, quod in omnibus montibus, in quibus existit lucrum, nulla magis sed Fribergensis tantummodo cerevisia debet vendi et universa et singula, que in montibus lucrativis sunt necessaria, sunt in Vriberc[n]) et non alibi accipienda. Quo[o]) arbitrio et definitioni rationabili consentimus, volentes ut, sicut a prenominatis est discussum, quod hec forma de venditione hujusmodi in lucrativis montibus teneatur, et super eo in testimonium dedimus presens scriptum nostri sigilli patrocinio roboratum. Testes hujus sunt dominus Withego prepositus Northusensis nostre curie protonotarius, Albertus dapifer de Burne[p]), Henricus[q]) de Waldowe[r]) et Henricus[q]) de Syden[s]). Datum Plauen anno domini M° CC° LXVI., kalendis septembris.

26.

Markgraf Heinrich der Erlauchte eignet dem Hospitale zu Freiberg einen jährlichen Zins von 33 Talenten aus der Münze zu Freiberg, welchen Johannes der Krämer (institor) und Heinrich Becherer im Namen des Hospitals für 220 Mark Silber gekauft haben. **Tharandt, 1271 Mai 17.**

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Das beschädigte Reitersiegel an Pergamentstreifen.
Gedr.: Horn Henricus illustris 334.
Anm.: Vergabungen von Einkünften aus der Münze zu Freiberg werden noch mehrfach in dieser Zeit erwähnt. So schenkt 1271 der Freiberger Bürger Winandus Juvenis 30 Talente Denare annue pensionis, que idem Winandus in moneta Vriberc a nobis *(Heinrich d. Erl.)* tenuit justo tytulo feodali, *dem Kloster zu Sornzig; vergl. die Urkk. des Landgrafen Albrecht und Heinrichs des Erlauchten von 1271 Juni 12 und Juli 9 (Orr. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 767, 768). Markgraf Heinrich schenkt 1277 Sept. 30 dem Kloster Altzelle 7 Mark Silbers jährlicher Einkünfte aus der Münze und stiftet damit ein Seelgedächtnis für seine verstorbene Gemahlin Agnes (Or. ebenda No. 898) u. dergl. m. Die betreffenden Urkunden werden in andren Theilen des Cod. dipl. Sax. reg. mitzutheilen sein. Vergl. auch Tittmann Heinrich der Erlauchte 1,206.*

In nomine domini amen. Henricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio universis | presentem litteram inspecturis in perpetuum. Quoniam omnium habere

25. *a)* Henricus *B.* H. *C.* *b)* et *C.* *c)* dignoscitur *A.* *d)* Fribergk *A.* *e)* Dippoldeswalde *B.* Dippoldeswalda *C.* *f)* sub *A.* *g)* domino *fehlt C.* *h)* Honsberg *C.* *i)* Berthelsdorf *B.* Bertholdisdorff *C.* *k)* Richalmo *A.* *l)* baroni *Zusatz in A.* *m)* a modo *BC.* *n)* Vribergk *A.* *o)* Quorum *A.* *p)* Buna *A.* *q)* Henericus *A.* *r)* Waltouue *A.* *s)* Sydem *A.*